cionibus, convencionibus, pactis et formis que ipsi procuratori bona et utilia videbuntur. Item ad promittendum et conveniendum dicto domino regi et eius curie omnia et quecumque ipse procurator promittere voluerit, ipsum dominum constituentem ac eius heredes et bona ipsi domino regi obligandum, prout ipsi procuratori videbitur et voluerit. Item ad faciendum, inniendum et firmandum cum ipso domino rege seu officialibus suis omnia et singula pacta, capitula et convenciones de predictis castro et curatariis ac aliis villis, locis et iuribus quibuscumque ad ipsum castrum et dictas curatarias et earum quamlibet pertinentiam quoquo modo prout dicto procuratori videbitur expedire, ipsaque pacta, capitula et convenciones laudandum et firmandum cum iuramento et homagio, ac sub pena ammissionis feudi et aliis obligacionibus, cautelis et renuntiationibus ad predictum necessariis, prout ipsi procuratori videbitur et placuerit, necnon ad renuntiandum quibuscumque pactis, convencionibus seu promissionibus per ipsum dictum regem predicto constituenti usque nunc factis, promissis seu concessis, illaque annullandum, cassandum et irritandum, prout de procuratori videbitur faciendum. Et ad faciendum ac prestandum dictum homagium ac iuramentum homagii de predictis et super predictis iuxta constitutiones et Usaticas Barchinone et que in predictis et quolibet predictorum necessaria et opportuna fuerint, et generaliter ad omnia et singula negocia facienda, gerenda et procuranda pro ipso domino constituyente, que sibi procuratori utilia videbuntur ac voluerit et decreverit, et ad omnia et singula faciendum, exercendum ac procurandum in predictis omnibus et singulis et quolibet predictorum ac in dependentibus ab eisdem eisque coherentibus et connexis ac prorsus extraneis que sibi procuratori utilia videbuntur ac que ipsemet constituens posset facere si adesset. Dans et concedens ipsi procuratori suo in predictis omnibus et singulis et in quolibet eorumdem et in dependentibus ab eisdem et eis coherentibus et connexis ac prorsus extraneis plenum, liberum et speciale mandatum ac generale cum plena, libera ac generali administratione. Necnon promittens michi notario infrascripto, tamquam persone publice et publico officio stipulanti et recipienti nomine et vice omnium quorum interest, intererit et poterit interesse, se perpetuo firma, rata et grata habere et tenere omnia et singula que ipse procurator in predictis et circa predicta et in dependentibus ab eisdem ac prorsus extraneis fecerit, gesserit et

procuraverit, et contra ea aut aliquod eorum perpetuo non faciet vel veniet de iure vel de facto aliqua racione, causa vel ingenio aut racione sub pena refectionis dampnorum et expensarum ac interesse litis et extra. Pro quibus omnibus et singulis firmiter et perpetuo attendendis at observandis obligavit ipse dominus constituens michi notario infrascripto quo supra nomine stipulanti officio publico se eiusque heredes et bona omnia habita et habenda.

Actum Luxori, in palacio dicti domini Aççonis et in camera, presentibus Michaelē quondam Landini de Dallo, Christoforo Landini de Calesa et Simmonino Landotti de Godano, omnibus familiaribus dicti domini constituentis, testibus ad hoc vocatis et rogatis.

(SN) Ego Anthonius quondam ser Guillini de Monticulo, imperiali auctoritate iudex ordinarius et notarius, his omnibus interfui eaque rogatus scripsi et meis signo ac nomine publicavi.

553

1362, luglio 7, Genova

Federico Malaspina nomina il nipote Opizzino suo procuratore presso il re d'Aragona, per trattare l'inf feudazione dei beni sardi (castello di Osilo, curatorias di Montes, Figulinas e Coros, porti di Fresana e S. Feletega).

Originale [A], ACA, *Cancellaria, Pergaminos Pedro III*, n. 2.304, carpeta 282.

Nel verso: «Procuratio domini Frederici, marchionis de Malespina, super facto de Osolo et curatorias de Montes, de Figulinas et de Coroso».

In nomine Domini amen. Anno a Nativitate eius millesimo trecentesimo sessagesimo secundo, inditione quintadecima, die septima mensis iulii. Magnificus et egregius vir dominus Fredericus marchio Malaspina de Villafranca, filius olim felicitis memorie domini Oppeccini, marchionis Malaspine, fecit, constituit, creavit et ordinavit suus certum numptium, actorem, factorem et procuratorem, et quicquid melius dici et excogitari potest, egregium virum Oppeccinum, natum egregii ac magnifici domini

Açonis marchionis Malaspine, fratris ipsius domini Frederici constituentis, absentem tanquam presentem, specialiter ad comparandum et se presentandum coram serenissimo, excellentissimo ac magnifico principe et domino domino Petro, Dei gracia rege Aragonum, Valentie, Maioricarum, Sardinee et Corsice, comiteque Barchinonie, Rossilionis et Ceritanie, et eiusdem dicti domini regis vicariis, consiliariis, collecteralibus et officialibus quibuscumque et eius curia, ad requirendum, supplicandum, postulandum, petendum, suscipiendum et recipiendum castrum de Osolo, cum suis burgis, curactarias de Montes et de Montes^a et de Figulinas et de Coroso, situatas in insula Sardinee, cum omnibus et singulis villis, locis et casalibus in eis situatis vel existentibus, et cum portibus de Fresana et de Sancta Feletega, et cum omnibus terminis, pertinentiis et hominibus et habitantibus locorum predictorum, et cum montibus, silvis, boschibus, saltibus, pratis, pascuis, venationibus, piscationibus, aquis, aqueductibus, molendinis, portibus, iuribus, iurisdictionibus, et cum mero et mixto imperio et omnimoda iurisdictione locorum predictorum et cuiuslibet ipsorum; et omnia et singula offitia, redditus, fructus et proventus dictarum terrarum et locorum et cuiuslibet eorum. Et ad postulandum, requirendum, impetrandum, petendum, recipiendum et suscipiendum corporalem possessionem et quaxi omnium et singulorum predictorum. Item ad proponendum, allegandum et introducendum coram dicto domino rege, eius officialibus et curia, omnes et singulas exceptiones, defensiones et iura sibi dicto domino Frederico competentes et competentia et competituras ac competitura. Item ad prestandum, subeundum ac renovandum dicto domino regi et eius officialibus et curie, et ab ipso domino rege et eius curia et officialibus, sacramentum fidelitatis, calumpnie, veritatis et cuiuslibet alterius iuramentum generis in animam et super animam ipsius constituentis. Item ad postulandum, impetrandum, petendum, recipiendum et suscipiendum a dicto domino rege, et curia eius et officialibus, omnem gratiam et omne beneficium et privilegium que sibi procuratori utilia videbuntur in predictis omnibus et singulis et circa predicta et dependentibus ab eisdem ac etiam prorsus extraneis. Et generaliter ad omnia et singula agendum, gerendum, faciendum et procurandum in predictis omnibus et singulis et in dependentibus ab eisdem ac prorsus extraneis que sibi procuratori utilia videbuntur. Dans et concedens dictus dominus Frederi-

cus constituens dicto Oppeccino, eius procuratori in predictis omnibus et singulis et circa predicta et dependentibus ab eisdem, plenum et speciale mandatum et generale cum libera et generali administratione. Promictens dictus dominus Fredericus marchio Malaspina constituens michi Bono notario infrascripto, tamquam publice persone et officio publico stipulanti et recipienti nomine et vice omnium quorum interest et in futurum intererit et interesse posset aut poterit, se perpetuo firma, rata et grata habiturum omnia et singula que per predictum eius procuratorem acta, facta, gesta et procurata fuerint in predictis omnibus et singulis et in dependentibus ab eisdem et circa predicta. Et contra ipsa perpetuo non facere vel venire, per se vel alium, aliqua ratione, causa vel ingenio, de iure vel de facto, sub pena refectionis dampnorum et expensarum ac interesse litis et extra. Pro quibus omnibus et singulis perpetuo et firmiter attendendis et observandis obligavit dictus dominus Fredericus marchio Malaspina constituens michi Bono, iandicto notario infrascripto stipulanti et recipienti nomine et vice omnium quorum supra, omnia sua bona habita et habenda, et tam presentia quam futura. Volens insuper dictus dominus Fredericus, marchio Malaspina, constituens dictum suum procuratorem ab omni satisfactionis honore relevare, promixit, convenit michi Bono, iandicto notario infrascripto, tamquam publice persone et officio publico stipulanti et recipienti vice et nomine quorum supra omnium, de iudicio systi et iudicato solvendo cum omnibus suis clausulis, sub obligatione omnium suorum bonorum. Rogans dictus dominus Fredericus, marchio Malaspina, constituens me Bonum, iandictum notarium, ut de predictis omnibus et singulis publicum confitiam instrumentum.

Actum in civitate Ianue, in hospicio dela Schalecta, posito in contrata Fontis Marosi, in habitatione Symonis de Barni, in aula maiori, presentibus domino Iohanne de Pillizariis de Pontremulo, iurisperito, Palmerio de Marachiis de Pontremulo, Masinello quondam Baudi de nobilibus de Burciono et Antonio filio Vanutii de nobilibus de Corvaria de Luxoro, lunensis diocesis, omnibus cognoscentibus dictum dominum Fredericum marchionem et notis ipsius, testibus ad predicta vocatis et rogatis^b.

(SN) (ST) Ego Bonus quondam Monelli olim Ugolini de Sarça-

na, lunensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, predictis omnibus et singulis interfui et rogatus scripsi et publicavi et signo meo et nomine roboravi.

^a così nel testo ^b + nel margine sinistro, all'altezza di -di de nobilibus de Burciono

554

1362, agosto 27, Barcellona

Rinnovo dell'inf feudazione regia ai Malaspina per i beni sardi. Viene stabilito che siano restituite a Federico e Azzone Malaspina le curatorias di Figulinas e Coros. I marchesi devono tuttavia consentire che per altri tre anni il castello di Osilo e la curatoria di Montes siano tenuti dai Catalano-Aragonesi. I Malaspina non devono, inoltre, vendere alcun loro possedimento ai nemici dei Catalano-Aragonesi, specie al giudice di Arborea.

Le presenti convenzioni avrebbero dovuto essere ratificate da Federico Malaspina entro otto mesi (poiché non è ritenuto sufficiente il suo strumento di procura ad Opizzino), con una carta pubblica da consegnare al re, o al governatore del Capo di Logudoro o ad un suo luogotenente.

Originale [A], ACA, *Cancellaria, Pergaminos Pedro III*, n. 2.307, carpeta 282.

Nel verso: «Carta convencionis facte inter dominum regem et marchiones de Malespina super facto baronie de Osolo».

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria, Reg. 1036*, ff. 5v-8.

^aIn nomine Domini. Noverint universi quod nos Petrus, Dei gracia rex Aragonum, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, comesque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie^b. Attendentes vos egregium virum Oppecinum, filium egregii viri Açonis, marchionis Malespine de Villafrancha, nomine procuratorio dicti egregii patris vestri, de qua procuracione fidem fecistis per publicum instrumentum, clausum manu Anthoni de Monticulo, lunensis diocesis, imperiali auctoritate notarii et iudiciis ordinarii, anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo sexagesimo^c secundo, indiccione quintadecima, die decima mensis iunii, et nomine

procuratorio eciam egregii viri Frederici, marchionis Malespine de Villafrancha, patruī vestri, de qua procuracione similiter fidem fecistis cum publico instrumento, clauso per Bonum Monelli de Sarçana, lunensis diocesis, publicum auctoritate imperiali notarium, anno et indicione proxime dictis, die septima mensis iulii, que procuraciones recondite fuerunt in archivo nostro ibidem pro cautela curie conservande, nobis humiliter supplicasse ut servando conventa diu est inter nos et dictum egregium Fredericum, patruum vestrum, cum publico instrumento, acto in ecclesia sedis Ilerde per Bartholomeum de Lauro, scriptorem nostrum et nostra auctoritate notarium publicum per totam terram et dominationem nostram^d, die terciadecima iunii, anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo^e secundo, restituemus vobis, nominibus quibus supra, castrum de Osolo, in insula Sardinie situatum, cum burgiis ipsius, necnon curatorias de Montes, de Figulinas et de Coroso, cum omnibus villis, locis, et casalibus populatis et dispopulatis in dictis curatoriiis situatis vel existentibus, et cum omnibus terminis, pertinentiis et confinibus castri, burgorum, curatoriarum, villarum, locorum et casalium predictorum, et cum^f montibus, silvis, bosquis, saltibus et planis, cultis plantatis et heremis ac aliis iuribus quibuscumque dictis castro, burgiis ac curatoriiis pertinentibus per modum et formam contentos in dicto convencionis instrumento, et eciam in instrumento infeudacionis seu donacionis per nos de predictis facte dictis egregiis Frederico et Açoni, quod actum fuit per dictum Bartholomeum de Lauro in civitate Ilerde, die terciadecima iunii, anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo^g secundo proxime dicto. Attendentes eciam inter nos, ex una parte, et vos dictum egregium Oppecinum, nomine procuratorio predicto, ex altera, amicablem et gratuite revocata convencione temporali predicta facta inter nos et dictum egregium Fredericum cum dicto instrumento, in quantum scilicet tangit seu tangere videtur restitutionem dictorum castri et curatorie de Montes post decennium vel postea durante guerra, prout in clausula in principio dicti^h instrumentiⁱ convencionis apposita lacius continetur, et correcta eciam quedam alia clausula, que incipit preterea volens eisdem nominibus et cetera, per hunc videlicet modum quod dicti egregii Fredericus et Aço et alii domini dicte baronie quicumque nunc sunt et erunt pro tempore requisiti per nos dictum regem et nostros successores si comode poterunt acce-

dent personaliter ad dictam insulam, iuxta posse ipsorum, attentis facultatibus quas habent in Sardinia pro faciendo nobis et successoribus nostris servicio et alia in dicta clausula et in dicto convencionis instrumento contenta adimplendo et non aliter, quam convencionem nunc cum presenti, in quantum [dictum] decennium et postea durante guerra tangere videtur, ut prefertur, nos partes predicte ad cautelam cassamus, irritamus et pro cassa, irrita atque nulla et non facta haberi volumus et iubemus et alia, prout superius continetur, corrigendo fuisse nunc facta, firmata et concordata capitula et convenciones sequentes. Primo quod nos dictus rex incontinenti mandemus et cum effectu de facto compleri faciamus quod curatorie de Figulinas et de Coroso et earum quelibet, cum omnibus villis, locis et casalibus populatis vel dispopulatis in dictis curatoriiis de Figulinas et de Coroso situatis vel existentibus et cum montibus, silvis, bosquis, saltibus, pratis et planis cultis plantatis et heremis, molendinis et aqualibus ac aliis iuribus quibuscumque, ad ipsas curatorias et earum quamlibet pertinentibus et que per illustrissimum dominum Alfonsum, alte recordacionis regem Aragonum genitorem nostrum, privilegiate fuerunt predictis egregiis^k Frederico et Açoni ac Iohanni, fratribus, et postea per nos ipsis egregiis fratribus Frederico et Açoni, ut constat per dictum publicum instrumentum confectum de dicta infeudacione per nos dictis egregiis fratribus Frederico et Açoni facte per Bartholomeum de Lauro in sede civitatis Ilerde, die et anno predictis, dictis egregiis Frederico et Açoni restituantur sub illis formis, condicionibus, pactis et servitutibus in dictis instrumentis infeudacionis per nos facte et convencionis predicte et ipsorum quolibet, appositis et conventis, non obstantibus quibuscumque vendicionibus, impignoracionibus, alienacionibus, concessionibus, donacionibus seu dacionibus de predictis curatoriiis de Figulinas et de Coroso, seu villis, casalibus, locis populatis vel non populatis, montibus, planis, bosquis, pratis, molendinis et aqualibus in dictis curatoriiis situatis vel existentibus quovismodo, seu aliquibus aliis iuribus ad easdem vel aliquam ipsarum pertinentibus per nos seu officiales aut comissarios nostros quibuscumque personis et quomodolibet factis. Item nos dictus marchio, nominibus quibus supra, consentimus quod per triennium dictum castrum de Osolo et dictam curatoriam de Montes, cum omnibus suis iuribus, pro fulciendo dictum castrum de Osolo penes vos dictum dominum regem et vestros officiales remaneat.

Sic tamen quod si ante dictum triennium guerra cessaret ad vestram dicti domini regis conscienciam et omnis guerre suspicio, quod ante dictum triennium dictum castrum et curatoriam libere restituatis dictis Frederico et Açonis fratribus. Et finito dicto triennio fiat dicta restitucio libere et quiete dictis egregiis marchionibus, fratribus, et eorum successoribus iuxta privilegia feudalialia per vos dictum dominum regem predictis egregiis Frederico et Açonis concessa, obstaculo quolibet vestri dicti domini regis et vestrorum et quarumlibet personarum penitus et totaliter quiescente ac cavillationibus et obstaculis omnibus eiectis penitus et totaliter. Item nos dictus marchio, nominibus iamdictis, promittimus vobis dicto domino regi et convenimus bona fide et sub virtute iuramenti et homagii per nos vobis, iamdictis nominibus, prestiti, et sub pena eciam amissionis feudi, quod ipsi Fredericus et Aço vel aliquis ipsorum predicta vel aliqua de predictis non vendent vel alio titulo alienacionis transferent inimicis vestris dicti domini regis nec eciam iudici Arboree seu heredibus suis. Et quia pacta et convenciones inter partes facta et inita inconcussa debent servari, idcirco nos rex predictus, volentes conventa et concordata superius inter nos et vos dictum egregium marchionem, nominibus iamdictis, prout convenit, tenere et observare, confirmantes et aprobantes omnia et singula contenta in instrumento dicte infeudacionis per nos facte ipsis Frederico et Açonis de predictis et eciam omnia alia contenta in instrumento dicte convencionis facte inter nos et dictum Fredericum, exceptis contentis in dicta convencione in quantum tangit restitutionem fiendam de predictis post decennium et eciam postea durante guerra et correcta dicta alia clausula, prout superius continetur, nostra bona fide regia et sub virtute iuramenti per nos ad sancta quatuor Dei evangelia manibus nostris corporaliter tacta prestiti, promittimus omnia et singula in dictis capitulis contenta et specificata tenere et observare ac teneri et observari facere per nostros officiales et subditos, prout in ipsis capitulis lacius continetur, et in nullo contra facere vel venire seu per aliquem vel aliquos contraveniri, vel fieri facere aliqua racione vel causa, et nunc pro tunc predictas curatorias de Figulinas et de Coroso vobis dicto marchioni, quo supra nomine recipienti, libere ac plenarie restituimus et relexamus, cum omnibus villis, casalibus, masnatis, hominibus, montibus, planis, agris cultis et incultis, bosquis, silvis, venacionibus, piscacionibus, pratis, pascuis, saltibus, molendinis,

aqualibus, et omnibus et singulis iuribus ac pertinentiis ipsarum curatoriarum et cuiuslibet ipsarum et eisdem pertinentibus secundum concessionem feudalem per nos de ipsis factam et^l sub modis et formis superius expressatis. «Et nos dictus Oppecinus, marchio de Malespina, nomine procuratorio dictorum egregiorum Frederici et Açonis, patris et patris nostrorum, marchionum de Malespina, conficentes et recognoscentes predicta omnia in predictis capitulis et alia in presenti instrumento contenta fuisse facta et conventa inter vos dictum illustrissimum dominum regem, ex una parte, et nos, nominibus predictis, ex altera, amabiliter et gratuite, ideo, confirmantes et aprobantes omnia contenta in dictis instrumentis infeudacionis et convencionis eis modo et forma quibus per vos dictum dominum regem confirmata superius extiterunt, et alia infirmantes, annullantes, cassantes et irritantes ac corrigentes, prout superius continetur, et per vos dictum dominum regem facta sunt superius, nomine procuratorio predicto, convenimus et promittimus vobis dicto domino regi presenti et notario infrascripto, tanquam publice persone hec a nobis legitime stipulanti et recipienti, quod omnia et singula in presenti instrumento et in capitulis preinsertis contenta ac in preffatis duobus instrumentis tenebimus et observabimus, tenebunt et observabunt dicti patris et pater nostri, quorum procurator sumus et quorum nomine predicta facimus, sub pena amissionis dicti feudi. Et eciam ut predicta omnia et singula maiori gaudeant firmitate, nomine procuratorio predicto, iuramus per dominum Deum et eius sancta quatuor evangelia manibus nostris corporaliter tacta et homagium ore et manibus comendatum vobis dicto illustrissimo domino regi facimus iuxta Usaticos Barchinone, de quibus Usaticis et eciam de natura homagiorum plene informati fuimus, quod contra predicta vel aliqua de predictis non faciemus, seu facient dicti Fredericus et Aço, veniemus seu venient aliqua racione». Et quia^m est dubium anⁿ procuratorium factum per dictum egregium virum Fredericum, marchionem de Malespina, dicto egregio Oppecino sit sufficiens vel ne ideo fuit conventum et in pactum deductum per ipsum dominum regem et dictum Oppecinum quod dictus egregius Fredericus non possit gaudere de restitutione sibi fienda de predictis vigore istarum convencionum seu aliquo predictorum nec de aliis contentis in presenti instrumento donec predictas convenciones firmaverit et iuraverit, sub penis et aliis obligacionibus in presen-

ti instrumento contentis cum instrumento publico tradendo dicto domino regi vel eius gubernatori in Capite Lugudorii seu eius locum tenenti et hoc infra tempus octo mensium a die data huiusmodi in antea continue numerandorum. In quorum omnium testimonium tam nos dictus rex quam nos dictus marchio mandamus fieri duo consimilia instrumenta per notarium infrascriptum sigillo nostro dicti regis impendenti sigillata, quorum unum tradatur nobis dicto marchioni et alterum remaneat in archivo nostro dicti regis. Que acta fuerunt in civitate Barchinone, in palacio regio civitatis ipsius, die vicesima septima augusti, anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo sexagesimo^o secundo, regnique nostri dicti regis vicesimo septimo. Petrus, cancellarius.

Signum (S) Petri, Dei gracia regis Aragonum, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, comitisque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie^p, qui predicta omnia et singula^q laudamus, concedimus, firmamus et iuramus. Rex Petrus

S+num Oppecini, marchionis Malespine, procuratoris predicti et procuratorio nomine predicto, qui predicta omnia et singula supra contenta laudamus, concedimus, firmamus et iuramus ac vobis dicto domino regi homagium facimus.

Testes huius rei sunt inclitus infans Raymundus Berengarii, comes Impuriarum, reverendus dominus Petrus, terrachonensis archiepiscopus, cancellarius et Geraldus de Palaciolo, in legibus licenciam promotor negociorum curie, consilarii dicti domini regis.

Sig(S)num mei^r Galcerandi de Ortigiis, scriptoris dicti domini regis eiusque autoritate notarii publici per totam terram et dominationem eiusdem, qui hec de mandato ipsius recepi et scribi feci ac cum raso et correcto in lineis XVIII, ubi dicitur *libet factis*, et in XXI, ubi narratur *et totaliter*, et in XXXII, ubi ponitur *procuratorio*, et in XXXV, ubi abtatur *contentis cum*, clausi^s.^t

^a Inter dominum regem, ex una, et egregium virum Oppecinum, filium egregii viri Açonis, marchionis Malespine *precede in R^b* ...rex Aragonum et cetera *in R^c* M CCC LX *in R^d* *in supralinea* ^e M CCC L *in R^f* omnibus *in R^g* M CCC L *in R^h* *omesso in Rⁱ* *in R* *segue dicte* ^j *omesso in R^k* *omesso in R^l* *omesso in R^m* *in R* *segue* et ⁿ *in in R^o* M CCC LX *in R^p* ...regis Aragonum et cetera *in R^q* et singula omnia *in R^r* nostri *in R^s* ...in lineis prima, ubi dicitur *Domini noverint universi*, et in secunda, ubi raditur *de*, et in XXXI, ubi ponitur *procuratorio*, clausi *in R^t* *in R* *segue* Predictum instrumentum fuit duplicatum, ut supra continetur. Dominus rex mandavit michi Galcerando de Ortigiis, in cuius posse fuerunt predicta laudata et firmata

555

1362, settembre 2, Barcellona

In virtù dei patti convenuti con Opizzino Malaspina, il re Pietro IV ordina al governatore del Capo di Logudoro e agli altri ufficiali che vengano restituite ai marchesi le curatorias di Figulinas e Coros.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1036, ff. 8, 2°-9.

Petrus et cetera. Fidelibus nostris gubernatori Capitis Lugudorii ceterisque universis et singulis officialibus et subditis nostris dicti Capitis presentibus et futuris ad quos presentes provenerunt et ipsorum officialium loca tenentibus et cuilibet eorum, salutem et dileccionem. Cum in pactis noviter inter nos et egregium Oppecinum, marchionem Malespine de Villafrancha, procuratorem et nomine procuratorio egregiorum virorum Frederici, patruī, et Açonis patris, marchionem de Malespina de Villafrancha, ex altera, initis et factis inter alia conventum fuit et in pactum deductum quod incontinenti visis presentibus cum effectu dicto Oppecino, nominibus iamdictis, restituantur per nos curatorie de Figulinas et de // Coroso, cum omnibus villis, locis et casalibus populatis vel non populatis in dictis curatorias situatis, vel existentibus, cum montibus, silvis, bosquis, pratis, pascuis, saltibus et planis cultis plantatis et heremis et molendinis et aqualibus et aliis iuribus quibuscumque ad ipsas curatorias et earum quamlibet pertinentibus, et que per excellentissimum dominum Alfonso, alte recordacionis regem Aragonum genitorem nostrum, privilegiate fuerunt predictis Frederico et Açonis ac Iohanni, fratribus, et

postea per nos, prout in dictis privilegiis continetur, et nos velimus promissa per nos et in pacto de ducta servare et complere, prout per nos promissa sunt. Idcirco vobis et cuilibet vestrorum dicimus et expresse mandamus quatenus in continenti visis presentibus iamdicto Oppedino, nominibus iamdictis, seu dictis marchionibus aut ipsorum procuratoribus [...]is curatoriiis de Figolinas et de Coroso iamdictis, cum omnibus earum iuribus supradictis, de facto et cum effectu tradatis et deliberetis seu tradi et deliberari omnino faciatis, mora qualibet quiescente, ipsosque marchiones Fredericum, Açonem et eorum successores seu eorum procuratores et nuncios ponatis et inducatis in corporalem possessionem seu quam predictarum curatoriarum et cuiuslibet ipsarum ac iurium quorumlibet earumdem et cuiuslibet earumdem, remoto quolibet detentore, ipsosque manuteneatis et conservetis in ea quibuscumque vendicionibus, alienacionibus seu impignorationibus, concessionibus, donacionibus, dacionibus de eisdem curatoriiis, vel aliqua earum seu de aliquibus aliis villis, locis, casilibus, montibus, silvis, bosquis, pratis, molendinis et aqualibus, saltibus et et planis et aliis iuribus universis ad ipsas curatorias seu aliquam ex ipsis pertinentibus factis in generali seu speciali sub quorumcumque verborum forma sint contempta quas sique facte fuerint ex iustis causis et veris cum presenti ex certa sciencia et de nostra plenitudine potestatis ducimus revocandas obsistentibus nullo modo, hoc quod non mutetis seu eciam diferatis si iram et indignacionem nostram cupitis evitare. Datum Barchinone, II die septembris, anno a nativitate Domini millesimo CCC LX secundo. Petrus, cancellarius.

Dominus rex mandavit michi Gueraceraldeo^a de Ortigiis.

Probatu.

^a così nel testo

Albert di indagare circa la questione sollevata da Alibrandino de Sorja, procuratore dei consiglieri e probiviri di Sassari e della baronia di Osilo, che aveva messo in discussione la restituzione ai Malaspina di due parti della baronia di Osilo stabilita dal sovrano.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1036, f. 74v, 1°.

557

1363, gennaio 29, Monzón

Il re Pietro IV scrive ai consiglieri e probiviri di Sassari in risposta a quanto riferitogli da Alibrandino de Sorja, procuratore dei consiglieri e probiviri di Sassari e della baronia di Osilo: «quod habito diligenti consilio super facto restitutionis fiende vel non fiende de dicta baronia illas quas potuimus provisiones fecimus super eo quas dicto Alibrandino tradimus cum presenti, certificantes vos quod de bona affectione quam habens circa nostra negocia merito comendamus, quod si exigente iusticie dicta baronia penes nos poterit retineri vestris super eo vocis libentissime annuemus nedum propter honorem nostrum set ob utilitatem quam vos et singulares dicte civitatis quos nostrum zelare honorem noscimus ab experto estis et sunt ex dicta retencione casu quo fieri valeat habituri».

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1036, f. 74v, 2°.

558

1363, gennaio 29, Monzón

Il re Pietro IV scrive al vicario e ai consoli (sic) della baronia di Osilo, in risposta a quanto riferitogli da Alibrandino de Sorja, procuratore dei consiglieri e probiviri di Sassari e della baronia di Osilo (cfr. doc. 557).

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1036, f. 75, 1°.

559

1363, gennaio 30, Monzón

Il re Pietro IV ordina a Bartolomeu de Puig di consegnare ad Ali-

brandino de Sorja copia degli accordi stipulati tra la curia regia ed i marchesi Malaspina riguardo alla baronia di Osilo.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1036, f. 75, 2°.

560

1363, febbraio 23, Avignone

Il papa Urbano V scrive al re d'Aragona Pietro IV, rimproverandolo per aver fatto costruire un castello vicino al monastero camaldolese di S. Maria di Iscala, in opposizione a quello del marchese (Malaspina).

D. SCANO, *Codice diplomatico*, I, doc. DLXXXIV.

Carissimo in Christo filio Petri Regi Aragonum illustri.
 Innotuit nobis relatione quorumdam, quod dudum inter dilectos nobiles viros vicarium tuum in insula Sardinie, et ... marchionem Malaspine invicem dissensione suborta, idem vicarius prope monasterium Sancte Marie de Scalis Camaldulensis ordinis Turritane diocesis, tuo nomine Castrum erexit, et in eo exercitum adversus marchionem tenuit antefactum, ex qua factum est, quod idem monasterium adeo gravibus dampnis affectum est, quod abbas et conventus illius, qui ad sustentationem dilectorum filiorum abbatis et conventus monasterii Sancti Mamiliani insule Montis Christi Massane diocesis, cuius quidem monasterii Sancti Mamiliani prefatum monasterium de Scalis esse dicitur manuale, contribuere consueverant, nedum contribuere nequeunt, imo ad sustentationem propriam, licet sint numero pauciores solito, redduntur penitus impotentes. Ideoque Serenitatem tuam attente rogamus, quatenus sic super hiis pro reverentia Dei et nostre interventionis obtentu provideas oportune etc.
 Datum Avinione VII Kalendas Martii anno primo.

561

1363, marzo 12, Sassari

I consiglieri di Sassari scrivono al re d'Aragona Pietro IV, pregandolo di far fortificare le terre dei Malaspina, vista anche la situazione a Sassari e Alghero, prossime all'assedio, esprimendo anche il timore

di un'alleanza tra i Malaspina e Brancaleone Doria, «qui es parent del marques».

Originale [A], ACA, *Cancelleria, Cartas Reales Pedro III*, n. 6.249, caja 51b. Regesto: L. D'ARIENZO, *Carte*, n. 713: «Carta dei consiglieri e dei probiuomini di Sassari a Pietro IV nella quale gli dicono di aver saputo da alcuni uomini di corte che egli ha restituito ai Malaspina le due parti della baronia di Osilo e di ciò sono molto meravigliati e dispiaciuti, non per il fatto in sé, ma perché questo potrebbe essere di pericolo e disonore per la Corona; aggiungono che due giorni prima sono venuti presso di loro i messaggeri dei detti marchesi portando delle lettere in una delle quali il re ordinava al governatore di dare ai Malaspina due curatorie di Osilo, cioè la baronia di Coros e Figulinas; affermano di vedere in questo la distruzione del Logudoro perché anche se la Curia si è tenuta i due castelli che si trovano in quei territori, tuttavia i Malaspina potrebbero assediarli solo con la gente che c'è nel borgo; gli dicono di tener presente che saranno di sicuro assediare Sassari ed Alghero e di ricordarsi che queste due città ricevono il grano dal giudice e da Brancaleone, che Brancaleone è parente del marchese e che il giudice starà certamente dalla parte avversaria. Lo sconsigliano di concedere quei luoghi ai Malaspina pregandolo di differire la questione e di far fortificare quelle terre». Rispetto alla citazione dei "due castelli", si noti che la *carta reale* n. 6.249 cita esclusivamente il castello di Osilo. Citato in G. MELONI, *Genova e Aragona*, III, pp. 31-32.

562

1363, agosto 29, Huesca

Il re Pietro IV concede in feudo al sardo Alibrandino de Sori, abitante della baronia di Osilo, un saltu posto in Campo Lazari, tra i confini dei villaggi di Urgeghe e Novalia, chiamato Saltu de Regno, dietro pagamento di un censo annuo di un alfonsino d'argento. Il suddetto saltu era «confrontatum ex parte orientis cum rupe de Contrumphinu et cum fonte de Cuvella, et ex parte merydicy cum terris que fuerunt nobilis Damiani de Auria, et ab occidente cum via publica qua itur de civitate Sasserri ad Castrum Calle-ri, et ex parte aquilonis cum rupibus de Norach et de Volone, predictum itaque saltum cum terris eidem adpatentibus et positus infra terminis dictarum villarum Durgegui et de Novalla».

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1036, ff. 98-98v.

563

1363, settembre 2, Huesca

Il re Pietro IV scrive al governatore e agli amministratori dei redditi del Capo di Logudoro, nonché al vicario della baronia di Osilo, informandoli della concessione in feudo del Salto de Regno effettuata in favore di Alibrandino de Sori (cfr. doc. 562).

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1036, f. 99, 1°.

564

1363, settembre 2, Huesca

Il re Pietro IV scrive al governatore e agli amministratori dei redditi del Capo di Logudoro, nonché al vicario della baronia di Osilo, informandoli della concessione in feudo del Salto de Regno effettuata in favore di Alibrandino de Sori (cfr. docc. 526, 536 e 562), precisando che il suddetto Alibrandino avrebbe dovuto corrispondere alla curia regia i redditi superiori a 10 lire di alfonsini minuti. Contestualmente, il sovrano respinge le richieste avanzate sullo stesso salto da Guillem de Pujades (de Podiatís), cui era stato in precedenza assegnato il villaggio di Urgeghe (cfr. docc. 525 e 536)¹.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1036, ff. 99, 2°-99v.

¹ Si noti che nei docc. 525 e 536 è riportato «G. de Pujalt» quale beneficiario delle rendite del villaggio di Urgeghe.

565

1363, settembre 7, Saragozza

Il re Pietro IV scrive al vicario e ai consiglieri e probiviri della baronia di Osilo, in risposta a quanto riferitogli da Olibrandino de Sori (ovvero Alibrandino de Sorja, cfr. docc. 557-558), loro procuratore, rassicurandoli di voler provvedere rispetto agli «affers dela baronia».

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1036, f. 100, 1°.

566

1363, ottobre 14, Lleida

Il re Pietro IV assegna l'ufficio, vacante, di «mostaçafus seu crestaldus» della baronia di Osilo al valenzano Francesc de Tena, «prout et eo modo ac forma et cum illis salario et iuribus quibus ipsum officium temporibus marchionum Malespine tenebatur et exercebatur per mostaçafum seu crestaldum eiusdem officii».

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1036, ff. 113v, 3°-114.

567

1363, novembre 22, Barcellona

Il re Pietro IV scrive al governatore e agli ufficiali del Capo di Logudoro, riferendo delle proteste del vescovo di Ploaghe per il fatto che alcuni ufficiali regi avevano indebitamente occupato «saltus sive territorium vocatum de Gimone», situato nella diocesi di Ploaghe, «et saltus de Briay et de Quitali, que sue ecclesie pertinent».

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1036, ff. 128v, 2°-129.

*568

<post 1362, maggio 20 - ante 1367, agosto 2>

Concessione a Ramon de Vilanova del villaggio di Erisa e del saltu di Suaredu, situati in curatoria di Montes.

Citato in doc. 569.

Rispetto alla datazione cfr. 551.

*569

1367, agosto 2, Sassari

Concessione a Guglielmo delo Vetxo del villaggio di Erisa («villa hodie vastata et despopolata») e del saltu di Suaredu, situati in curatoria di Montes, data la sopravvenuta morte di Ramon de Vilanova.

Citato in doc. 570.

570

1367, agosto 30, Saragozza

Conferma della concessione a Guglielmo delo Vetxo del villaggio di Erisa e del saltu di Suaredu (cfr. doc. 569), in considerazione della sopravvenuta morte di Ramon de Vilanova.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1037, ff. 141, 2^o-142v.

571

1368, maggio 1, Barcellona

Il re Pietro IV affranca «ab omni iure decimarum porcorum et pascuragii necnon iuris vocati in sardisco pego petxino» il vicario Giunta de Cherchi (de Querquino) e altri abitanti della baronia di Osilo, ovvero Giovanni de Cherchi (de Querquino), Pietro de Serra, Bertrando Solina, Giovanni Solina, Gontino Solina, Barisone de Sena, Giovanni Tiquis, Giovanni Sanna, Lorenzo Sanna, Pietro de Morongo, Agostino de Morongo, Nicolao de Sori, Gomita Bendutxo, Arsogo de Morongo, Arsogo Marigone, Arsogo Pinna, Giovanni de Cena, Pietro Acoles, Giovanni Acoles, Cantino Pinna, Salcero Acoles, Totor Cuguy, Papellano Papadeu, Paolo de Torilla, Guantino Datori, Nicolao Capra.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1038, ff. 92v-93.

572

1370, maggio 28, Barcellona

Il re Pietro IV conferma la concessione in feudo in favore dei fratelli sardi Lorenzo e Giovanni Sanna di alcuni possedimenti situati nella curatoria di Figulinas (cfr. doc. 496), poiché i suddetti fratelli avevano smarrito la carta di concessione nel momento in cui Sassari era stata occupata dal giudice di Arborea.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1040, cc. 115-115v.

573

1379, novembre 22, Barcellona

Il re Pietro IV dona al sardo Nicola de Lenses, abitante di Alghero, tutti i beni immobili appartenuti al fu Agolino Pala nel villaggio di Bangios e altrove nella baronia di Osilo.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1046, cc. 6-7.

574

1379, dicembre 8, Barcellona

Il re Pietro IV dona in feudo ad Antoni Ferret (o Freter), abitante di Alghero, il villaggio di Turgi, situato nella baronia di Osilo, dietro prestazione di un cavallo armato per un mese e mezzo all'anno.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1046, cc. 7-8v.

575

1380, gennaio 18, Barcellona

Il re Pietro IV dona al sardo Pietro Musone, abitante di Alghero, il saltu di Lecte, un tempo del fu Alfonso de Farizia, di Sassari, situato al confine coi villaggi di Bedas, Salvennor, Cargeghe e Contra.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1046, cc. 20-20v.

576

1380, dicembre 8, Saragozza

Il re Pietro IV concede in feudo al sardo Borsolus Sirgo, abitante di Alghero, le ville di Orsi (Ossi), e Sae (Save), «sibi invicem contiguas», ed il «saltu de Ilbos, que antiquitus villa esse consuevit», dietro servizio di due cavalli alforrats per tre mesi all'anno.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1046, cc. 100-101v.

577

1390, aprile 30

Galeazzo, Bernabò, Antonio ed Azzone Malaspina, figli di Moruel-

lo, dividono i possessi continentali: ai primi due vanno i feudi e beni di Val di Trebbia, ai secondi due Mulazzo con gli altri feudi della Lunigiana, mentre conservano in comune, nominalmente, i beni sardi.

Citato in E. BRANCHI, *Storia della Lunigiana feudale*, I, p. 215; G. FIORI, *I Malaspina*, p. 83.

578

<fine XV secolo>

Secondo una cronaca anonima, nel 1121 «il marchese Malaspina allestì una grande flotta e si recò in Sardegna. Arrivò nella contrada di Bosa e lì si fermò e costruì il paese e il castello che esistono ancora oggi.»¹.

La stessa cronaca riferisce che nel 1297 un Malaspina («el marqués») partecipò, insieme ai Sassaresi e a Brancaleone Doria, ad una spedizione guidata dal giudice di Gallura Nino Visconti contro il sovrano di Arborea; che nel 1300 i Pisani conquistarono il giudicato di Gallura e «presero» «al marqués la señoría», poiché, come altri signori nell'Isola (i conti di Donoratico e i Doria), non aveva pagato «los tributos y rentas acostumbradas a la señoría de Pisa»; che nel 1317 «il giudice Mariano acquistò Bosa dal marchese Malaspina che gliela aveva data in pegno per una certa somma che lui gli aveva prestato.»².

P. MANINCHEDDA, *Memoria de las cosas que han acontecido en algunas partes del reino de Cerdeña*, Cagliari 2000.

Cfr. anche E. PUTZULU, *Una sconosciuta cronaca sarda del 400 (sec. XI-XV)*, in "Nuovo Bullettino Bibliografico Sardo", nn. 8-11 (1956).

[p. 10] «Año de mil y ciento y veinte y uno. El marqués, que avía nombre Malaespina hizo gran armada e passó en Çerdeña. Arribó a la encontrada de Bosa e allí asentó y fizo la villa y castillo que oy es.».

[p. 18] «El dicho júdiçe de Galura desembarcó a Puerto de Torres muy bien en horden et ricamente, en compañía del qual venían entre cavalleros et nobles et fijos de cavalleros CCCC: todo esto

de la casa et apellido de Golfos. Hizo luego hermandad et liga con los saçereses et con el marqués et con Branca Doria el Grande, et así todo juntos, con gran estol, se partieron y entraron por la señoría del júdiçe d'Arborea, quemando villas et lugares, matando et restando mucha gente.».

[p. 20] «En este año, que fue hecha la paz, los pisanos armaron e vinieron en Çerdeña et tomaron todas las señorías et judicados a los varones et condes, porque no avían pagado los tributos y rentas acostumbradas a la señoría de Pis<a>. Primero tomaron el judicado de Galura, et al marqués la señoría, a los condes et varones las tierras et a los de la casa Doria también.».

[p. 22] «Año MCCCXVII. El júdice Mariano ovo a Bosa, que el marqués Malaspiña se la empeñara por çierta cantidad que le prometió».

¹ P. MANINCHEDDA, *Memoria de las cosas que han aconteçido en algunas partes del reino de Çerdeña*, Cagliari 2000, p. 71.

² Ivi, p. 83. Si noti tuttavia che nel glossario in appendice, Maninchedda traduce *aver*, di cui *ovo* è la 3^a persona del passato remoto, con “ottene-re, possedere, tenere” (Ivi, p. 130), che appare più appropriato.